



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Uigesimum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

- 4 Excommunicationem minorem sacerdos absoluere potest, & à maiori in casu necessitatis cum ei sit commissæ iurisdictio.
- 5 Absoluere potest, qui ligare potest, seu excommunicare, fallit in septē casibus.

### Vigesimum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, quòd † Episcopus ab omni excommunicatione siue maiori siue minori regulariter absoluere potest, † & Prælatus sibi subditus, nisi conditor canonis sibi reseruauerit absolutionem, de sent. excom. cap. nuper. † Idem potest Capitulum seu ille ad quem Episcopalis iurisdictio vacante sede incumbit, c. vnico, ext. de maio. & obed. † Sacerdos à minori potest, vt d. ca. nuper à maiori potest in casu, necessitatis sacerdotes quibus non est commissæ iurisdictio, absoluere non possunt nec à minori, † ea licet adsit regula, quòd absoluere potest qui ligare, seu excommunicare potest, fallit in 7. casibus capit. au diuimus 14. q. 1. cap. tua de sent. excom. cap. excommunicamus extr. de hæret.

### S U M M A R I U M.

- 1 Eucharistia, & sanctum Chrisma debent sub clauē custodiri, ne temeraria manus ualeat illa accipere ob nefaria.
- 2 Sacerdos qui incumbit custodiae si fuerit negligens remaneat suspensus tribus mensibus ab officio.
- 3 Sacerdos si per eius incuriam aliquid nefandum euenerit Eucharistiæ aut Chrismati grauiori ultioni subiaceat.

### Vigesimum primum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA habet hoc priuilegium † quòd Eucharistia, & sanctum Chrisma debent sub clauium custodia custodiri, ne temeraria manus ualeat illa accipere ob nefaria comittenda, † & qui incumbit custodia, si fuerit negligens tribus mensibus ab officio remaneat suspensus † & si per eius incuriam aliquid nefandum euenerit, grauiori ultioni subiaceat. tex. in cap. 1. de cust. Eucharist.